



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

B. Henricvs Svso C. 25. Ianuarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

chos dicit. Inter tyrocinij tempora cùm fletu' alios inendari, ipse pumex, videret; saxo è pectori fontem oculis statuit petere, q[uod] od factum postea tam abunde, ut pavimenta, & vestes sacrificantis fletu' maderent, interque canulam plus videretur lacrymarum quam aquæ bibere. Magnatibus etiam familiaris pacem inter Conradum Imp. & Henricum Regem s[ecundu]m, Venenum non semel innoxius biberunt illis morientibus, qui miscuerant. Pastorem à lupo Ianiatum viræ, & gregi reddidit: dæmonem iudicrà alapâ fugavit. Moritur denique cilicio incumbens, terraque matrem prono pectori desculans. Mortuum sex dies odor mirissimus laudavit suavissimusque; tumulatunt inter homines visi Angeli, sepulchrum vero ingentia miracula ornarunt. *Ex Surio.*

Ornari abs te Diabolus querit, si Calicem aureum invenisse in terra, donares illum Ecclesie Dei: acceptisti à Deo ingenium spiritualiter aureum, & ministras inde libidinibus, & in illo Sathanæ propinas te ipsum. *S. Aug. Ep. 41.*

B. HENRICVS SVSO C. 25. Ianuarij.

HENRICVS SVSO Constantiæ in Dominicâ familiam adlectus simulque à IESV in adytâ amoris inductus, IESV nomen pectori insc. Ipsit ingeniosus cælator. Digitales erant literæ, quæque ad cordis motum, & ipse movebantur, ut cum hoc dudum conspirasse idemque utrobique agri scires. Intercâ inter dolores deficientem alterum, & è cælo lapsum nomen IESV è cruce auro gemmisque rutilans recreavit. Et cur à Filio Mater abesset? MARIAM salutare ante solem gestiebat, tunc præsentiam, cùm id facere Angelos audiueret.

C 2

illis

illis verbis, *Stella MARIA maris* hodie processit ad ortum: quandoque etiam ad cantus illos socius admissus. Iam Kal. Ian. & Maii, quibus Suevia vel Xeniis vel cantu certat, ille totos dies IESVM & MARIAM sonare, flores Crucis dare, hanc osculis fatigare; ut post tot amores manifestus iterum IESVS HENRICI nomen in AMANDI mutarit, & MARIA (cujus solo nomine in fugam orci dabat) humana nauseanti cælestem liquorem propinarit. Cæterum (mecum mirare) hucusque in primo gradu virtutis consistere AMANDVM suum Christus docuit, & Seraphinum alatum in cruce suâ induitus docuit per adversa non ire, sed volare in cælum. Abhinc scortator, sacrorum fur, impostor, veneficus audiit AMANDVS, ut succumbere potuisset, nisi IBSVS & MARIA Angeliique colloquiis suis identidem firmassent. His succollantibus in cælos evasit anno M. CCC. LXV. qui sequi volunt, legant scandantque Rupes, quas scripsit.

Ex Ann. Ordin. Pred.

Tristatur alius? veniat in cor eius IESVS & inde saliat in os, & ecce ad exortum nominis lumen, subilum omne diffugit, & redit serenum. Habitetur quis in crimen, currit ad laqueum mortis, nomine si invocet nomen vite, respirabit ad vitam? S. Bern. serm. 15. Cant.

S. POLYCARPVUS EP. M. 26. Ianuarij.

Antistes Smyrnensibus POLYCARPVUS à Divo Ioanne Apostolo datus est, eâ apud omnes fuisse auctoritate memoratur, ut subinde sperare ausi sint Iudei, Christianos, misso Christo, POLYCARPVUM fecuturos. Libertate quam Christianâ in dicendo fuerit, argumento ejus cum Marcione hæretico congressus, qui cum ad conspectu suum exhor-